

Romae (VI 154 vidit Henzen). — 1) A. 123. — 2) Quarto (scilicet magister). — Alios titulos a magistris et ministris Fontium positos habes VI 153 seq.

3889 M. Gavio Orfito, L. | Arrio Pudente cos.¹, | Fonti Scauriano sac. | Mag. | G. Antonius Hymnus, | G. Valerius Hilarus, | G. Fufius Fileros, | P. Caecilius Agatyrus; | min.: Epitynchanus Bassi, Euty|ches Corneliae, Acribes Don|ati, Facundus Zotici. Kal. Septe.

Romae in Aventino ut perhibetur rep., postea Florentiae, deinde Perusiae (VI 164 aliquoties descripta). Una prodixisse dicuntur similes tituli VI 163. 165, quos solus Ligorius videtur vidisse. — 1) A. 163.

3890 Fontibus | div|inis | sacr. | M. Antonius | Sp. f. Stephon | v. s. l. m.

In vico Berzo vallis Camunnorum (Val Camonica), iam Bergomi (V 4938 vidit Mommsen).

Iovi caelestino, Fontibus, Minervae dedicatus est titulus supra N. 3062.

3891 Herculi, Genio | loci, Fontibus | calidis, Calpur|nius Iulianus | v. c., leg. leg. V Mac., | leg. Aug. pr. pr. | [prov.] Moes[i]ae i[n]ferioris | v. l. s.

Mehadiae in Dacia (III 1566 cf. p. 1419 partem vidit Hirschfeld, reliqua sumpta ex apographo facto saec. XVIII).

3892 Aquis Albulis | sanctissimis | Ulpia Athenais, | Glypti Aug. | lib. ab epistulis uxor, | libens | d. d.

Romae, sed rep. sine dubio ad Aquas Albulas sub Tibure (XIV 3909 saepius descripta saec. XVII. XVIII). De aquis Albulis cf. CIL. XIV l. c. (p. 435). Alias inscriptiones Aquis iis dedicatas habes XIV 3908. 3910. 3911. in his carmen Buech. 865.

3893 [Aquis Sin]uessanis¹ ob.. | i T. Caunius Pris[cus | leg. Aug. pr.] pr., cos. des.², cum V[era | uxore et Fir]mino et Prisca filiis.

Lambaesi ad templum vel in ipso templo Aesculapii (VIII 2583 vidit de la Mare auctor accuratus). — 1) Supplevit Mommsen. Aquas calidas Sinuessanas memorant Tac. ann. 12, 66, hist. 4, 72 alitque; cf. Mommsen CIL. X p. 464. Pertinet ad eas carmen Graecum ipso illo loco repertum Kaibel ep. Gr. 810 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 889. Cf. etiam supra N. 3868. In Africa iis Aquis titulum dedicatum esse non est mirum, si suminus Caunium Priscum anlea usum esse aquis Sinuessanis vel oriundum fuisse Sinuessa. — 2) Idem legatus cum suis posuit titulum supra N. 3843 (eiusdem nomen plane incerta coniectura restitutum est in titulo anni 186 VIII 2697).

3894 C. Acutius | C. f. Maturus | A. A.¹ v. s. l. m.

Abani prope Patavium rep., est Patavii (V 2783 vidit Mommsen).

3491^a C. Cassius | Severus | missus ex pr.² | speculator, | A. A.¹ v. s. l. m.

Patavii olim, sed rep. sine dubio ibi ubi ea quae praecedit (V 2784 aliquoties descripta saec. XVII). — 1) Aquis Aponi, vel Apono Augusto. De Aquis illis prope Patavium cf. CIL. V p. 271. Alios titulos iisdem Aquis (A. a.) dedicatos habes V 2785 seq. 8990. — 2) Praetorio (cf. supra N. 2022. 2014 seq.).